



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quale hoc Dæmonium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

hec tamen probabile est illos non rogasse. Potentiam igitur credebant, misericordiam sperabant. Idem de spe salutis eorum statuendum est.

QVÆSTIO I.

Cur præcepit ne cui dicerent?

§. 1. **C**um publice multis comitantibus domum Principis adiret, cum nunciaretur esse puella mortua, videbatur res cœlari nec posse, nec debere. Nō debere, quia publice adibat, Tibicines ejci bat, dormire dicebat, cum parentibus adibat, & Apostolis, quod si res cœlata fuisset, magno scandalo non modo turbæ, sed etiam Apostolis fuisset, & Phariseis obloquendi materies, quasi stulte conaretur, quæ nō posset. Itaque cum de voluntate illius constaret, omniumque animi penderent, de euentu quoque fieri certiores oportuit. Nec posse etiam cœlari tantum factum videbatur; non modo quia publice domum adibat; sed quia parentes negare non poterant, hanc filiam suam esse, mortuam fuisse, & reuixisse. Constabat id toti familiæ, itemque turbæ tumultuanti, nec dubium non modo cogitatos, sed alios quoque ingreſſos vifendi & rogandi audios. Quocirca vi. 26. dicitur, & exiit fama hac in vniuersam terram illam. Itaque non videtur humilitatis causa id præcepisse, neque ut inuidiam Phariseorum fageret. Cur igitur vetuit Turba ingens quæ ante eum compellerat circa domum erat, alijque discipuli, amici & cognati omnia compleuerant, omnium oculi animique in rem præsentem intenti erant, expectabant, ut quemadmodum Hemorrhœissim vocauerat, & ad confessionem adduxerat, ita quoque eam resuscitaret puella, & parentibus rediret; ac tum ob miraculi magnitudinem affectumque populi studiumque sequentium videtur turbas trahere, & maleuolis occasionem dare ferendum de seditione sapientium, id enim loanni in speciem obiectum erat, & conuentuum prætextus ab Herode sumptus; ut restatur Iosephus. Itaque ne id conarentur in ipsa vrbe, quod postea foris tentarent, ut raperent eum, & facerent regem, atque ita ciuitatem conturbarent, voluit tacere parentes, donec ille cum discipulis abisset; ille igitur abiens quæ minor turba erat, reliquit testem & inspectatorem miraculi populum. Postea autem dum abest ipse, turbæ quoque sensim deflueret. Itaque sibi, & suis, & turbæ hoc præcepto consultum voluit.

VERSUS 32.

Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in tota terra illa. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, demonium habentem. Et eiecto demonio, locutus est mutus, & mirata sunt turba dicentes: nunquam apparuit sic in Israël. Pharisei autem dicebant: in principe demoniorum eiecit demones.

QVÆSTIO I.

Quale hoc demonium?

§. 1. **D**uctum ab eo quod capite 12. Lucas vers. 14. describit, ubi etiam demonium ejcitur. Hæc

vero diuersitas erat inter vtrumque, quod hic dicitur, homo mutus, ἀνθρώπου καὶ φωνῆς, δαμονιζομένου, & c. *Demon* 12. homo dicitur δαμονιζομένῳ πλὴν καὶ καὶ φωνῆς. hominem At apud Lucam de demonio dicitur, καὶ ἀνθρώπου καὶ φωνῆς. Et ipsum erat mutum. Potest sane demonium dici mutum, quod miseri linguam constringeret, ne in verba foluere posset, idque speciali Dei permittu. Veleriam quod gaudiendi facultatem demoni Deus sustulerit. Censat sane apud Marcum, hominem liberatum à Damene locutum esse. Deitatis argumentum est, quod eius imperio coguntur obedire mali Spiritus, & quidem quod imperio, non Deum inuocans, ejceret.

§. 2. Maiora quidem facta sunt, sed nunquam tam multa, tam magna auctoritate. Interpretes Caluini hyperbolicum ait, nam hæc vox non fuit meditata, sed ex admiratione prorupit.

§. 3. Nos Augustinus hoc loco monet, lib. 3. *Conuicta* contra literas Pelagiani Donatistæ, ne hominum debent exconuicti à bonis operibus deterreamur. Hæc & a. citat vir- lia, ait, testimonia diuina nos aduersus humana vaniloquia tutem, nō profertentes, ab inimicis gloria Christi acerba opprobria sustinere. Dicant quod volunt, dum ille nos exhortetur dicens, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quia ipsorum regnum calorum. Beati eritis cum vos persecuti fuerint homines & maledixerint vobis, & dixerint omne nātum aduersus vos mēientes propter me. Quod ait superius propter iustitiam, hoc repetiuit, quod ait postea, propter me: quia factus est nobis sapientia, & iustitia & sanctificatio, & redemptio, ut quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Qui cum dicat, Gaudete & exultate, merces enim vestra multa est in cœlis, si quod dictum est, propter iustitiam. Detractor propter me, in bona conscientia tenco, quisquis volens deridit famam, mercedem meam, nolens addit mercedi meam. Neque enim me ille suo cedis au- verbo tantummodo docuit, non etiā suo firmavit exemplo. Se- ctor est, quire sanctarum scripturarum fidē, inuenies Christum resur- rexisse à mortuis, ascendisse in cælum, sedere ad dexterā patris. sequere criminationis inimicorum, tam putabis eum de sepulchro furatum esse à discipulis. Quid ergo nos quantum ipse donat, defendentes domum eius ab inimicis eius aliud sperare debemus? Si patrem familias Beelzebub vocauerunt: quanto magis domesticos eius? Si ergo toleramus, & conregnabimus. Si autem non aures solam percutit iracundia criminantis, verum etiam conscientiam mordet veritas criminis, quid mihi prodest, si me continuis laudibus totus mundus attollat? Ita nec malam conscientiam sanat præconium laudantis, nec bonant vulnerat conuictantis opprobrium.

§. 4. Caluinus Phariseorum peccatum esse ait in Spiritum Sanctum, nec remitti. l. 3. c. 3. n. 22. [Quorum autem, inquit, conuicta est conscientia: Dei verbum esse quod repudiant atque impugnant, impugnare tamen non desinunt: Illi in Spiritum blasphemate dicuntur; quandoquidem aduersus illuminationem (quæ opus est Spiritus Sancti) luctantur. Tales erant ex Iudeis nonnulli, qui quum resistere spiritui per Stephanum loquenti non possent, resistere tamen conredebant. Non dubium est quin ex illis multi, Legis zelo ad id raperentur: Sed fuisse alios ap- pareret, qui malitiosa impietate in Deum ipsum furerent, hoc est in doctrinam quam esse à Deo non nesciebant. Tales & ipsi Pharisei, in quos Dominus inuehitur, qui Spiritus sancti virtutem ut discernerent, Beelzebub nomine infamabant. Hic ergo est Spiritus blasphemie, ubi hominis audacia in contumeliam diuini nominis data opera profilit. Quod innuit Paulus, quum docet se misericordiam consequutum, quod ignorans ea per incredulitatem commiserat, quorum merito indignus aliqui fuisset gratia Domini. Si ignorantia cum incredulitate iuncta fecit ut veniam obtineret, hinc sequitur non esse veniam locum ubi scientia ad incredulitatem accessit.]

Quorum culpa non remittatur c. 12. dicam. Nunc conitit consequentiam eam hominis inconsiderati esse. Et si ignorantia ratio a quando est ignorantia, non tamen solis ignorantia peccantibus condonatur. Etiam scientium & malitiorum peccata remittuntur. Misericordia Dei omnem superante malitiam.

VERSUS 35.

Et circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens in Synagogis eorum, & predicans Euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem.

§. 1. Circuibat castella, *nepece, nepece* oppida sunt, & castella, tam quæ carent moribus, quam quæ habent. Syrus visitabat in vrbibus eorum omnibus & בקורא *Becurate, & ricit.*

VERSUS 36.

Videns autem turbas, misertus est eis: quia erant vexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem.

QUESTIO I.

Cur turba vexata?

§. 1. In commemoratione Apostolorum hæc leguntur. In Syro כרמל ושלמה בדברא *Beduchirana Dschelibe Kaddische*, In commemoratione Apostolorum Sanctorum, quo ex loco discimus vltim apud eos fuisse f. li. SS. Apostolorum.

§. 2. Negligentia pastorum hoc loco reprehenditur omni. Syrus dicit *Leen* fatigatas, & *S. herin* desperas. Itaque *עסלמל*, magna seu inima miseria.

Magna miseria carere vrbis Doctores.

seratione commotus est, Syrus *מרחם* se se commouit in timore affectu, sunt autem *מרחם* viscerum, miserationes, ita Prou. 12. 10. *viscera impiorum crudelia*, & *viscera crudeli*. & Plal. 102. 4. Luc. 1. *viscera misericordie*.

VERSUS 37. & 38.

Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum Messis, ut emittat operarios in messem suam.

QUESTIO I.

Quæ Messis?

§. 1. Messis tu haec audia audiendi verbi Dei, Dominus messis Pater celestis. Ioan. 25. 1. & ca. 21. 33. Marc. 12. 1. Non despectandum, si multi non veniant, quia nondum sunt maturi. Deus autem mittit, Gal. 1. 15. *Segregatus ab utero matris mee.*

Salutis Christus erat operarius, nam scribae malebant operarij. Tam misera ratio erat eius temporis, cui inret tot proprias sectas, ubi gentibus religio quateretur. Contra Catholicos Pastores hinc omnes pene sectarij insurgunt. Eos aiunt non esse pastores, ut non erant, qui apud Iudæos se venditabant. Credo sanè fuisse tum multos in synagogis, alijsque locis, qui populum non instruerent, quod nunc quoque multi Catholicorum faciunt, qui plus in ecclis congerendis, quam curandis animis operam ponunt.

Non erant tum nulli boni pastores, sed pauci, & nunc et si negligentes sint multi, non tamen omnes. Hominum vita sunt, non ordinis, officij neglectus, peccata auditas. Quod si aliquorum vitia totigeni sunt exprobranda, quid Caluinianis futurum est, quorum vix decimus quisque sincerus est, quorum pie ique commodi & licentia vitæ causa a nobis recesserunt, ad illos accesserunt.

CAPVT X.

Mat. 1. b. 13.
Luc. 6. b. 13.
& 9. a. 1. &
10. a.

Mat. 6. a. 3.
Luc. 9. a. 3.
& 10. a. 4.
Act. 13. g.
40.

Luc. 10. a. 3.
Luc. 12. b. 1.

Et conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut eicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. 2. Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc. Primus: Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius. 3. Iacobus Zebedæus, & Iohannes frater eius, Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi, & Thaddæus. 4. Simon Cananæus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum. 5. Hos duodecim misit Iesus: præcipiens eis, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. 6. sed potius ite ad oues, quæ perierunt, domus Israel. 7. Euntes autem predicate, dicentes: Quia appropinquauit regnum cælorum. 8. Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, demones eicite: gratis accepistis, gratis date. 9. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris. 10. non peram in via, neque duas tunicas, neque calcamenta, neque virgam, dignus enim est operarius cibo suo. 11. In quancumque autem ciuitatem, aut castellum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus sit: & ibi manete, donec exeatis. 12. Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui. 13. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos. 14. Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. 15. Amen dico vobis, Tolerabilius erit terra Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicii, quam illi ciuitati. 16. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. 17. Caute autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilys, & synagogis suis flagellabunt vos. 18. & ad præsides, & ad reges ducemini propter me in testimonium illis, & gentibus. 19. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. 20. non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. 21. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient.

22. &